



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

7. An ut Symoniacus incurrat in pœnas iuris, opus sit Symoniam esse ex parte utriusque completam? Et pro praxi huius quæstionis adducuntur aliqui diversi casus in textu huius Resolutionis. Et inter ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

de inf. i. o temporale simoniace acceptum etiam ante sententiam, sed ex probabili opinione ante sententiam satis esse restituere ei à quo acceptum est. Sextò simoniam confidentiali ipso quidem facto inducere excommunicationem, atamen iuxta probabilem sententiam nec inhabilitatem ad beneficia (nec privationem beneficij, nisi eadem simonia simul etiam realis sit) in foro conscientie ipso facto inducere, sed solum in foro exteriori, adeoque post sententiam declaratoriam criminis. Septimò hoc idem verum habere in simonia, quæ committitur sive in electione Papæ sive in examine ad paræcias. Octavò & denique ex probabili sententia etiam electionem Papæ, etsi per simoniam factam, si aliqui à duobus tertiis partibus Cardinalium legitime facta sit, non esse ipso facto irritam. Ex quibus licet quædam minus probabilia, & meo etiam iudicio, falsa sint, propter auctoritatem tamen Doctorum probabilia & in praxi tuta censeri possunt. Hæc Tannerus loco cit. Sed si aliqua ex supradictis falsa sunt, ut ipsemet Tannerus fateatur, nescio quomodo in praxi tuta esse possint.

5. Et tandem pro coronide hujus resolutionis ponam hæc ea, quæ Turrianus novissimè in disput. select. cent. 4. cens. Theolog. dub. 59. notavit. Sic enim ait: Valquez aliqui viri docti hujus ætatis, senserunt non esse obligationem restituendi pretium acceptum pro collatione Sacramentorum, supponunt enim simoniam non obligare ad restitutionem ex jure naturali, sed ex jure positivo. Secundò docent jure positivum non loqui de hac simonia quantum ad restitutionem, sed de simonia in beneficiis, & multi viri de hoc interrogati in Hispania senserunt esse probabile, quibus ego subscribo. Ita ille.

RESOL. VII.

An ut simoniacus incurrat in penas juris, opus sit simoniam esse ex parte utriusque completam?

Et pro praxi hujus questionis adducuntur aliqui diversi casus in textu hujus Resolutionis.

Et inter prædictos casus duo præcipue proponuntur, ut simoniacus in illis tutus in conscientia maneat.

Et interim poterit Confessorius virtute Bullæ Cruciatæ absolvere ab excommunicatione, & suspensione, &c. Sed si simoniacus est in mora petendi dispensationem, non est absolvendus donec dispensationem obtineat.

Etiamque notatur penas latas in simoniacos non comprehendere illos, qui tantum simoniam committerent jure Ecclesiastico, & humano prohibitam. Pro quo etiam aliqui casus in exemplum adducuntur in §. ultim. hujus Resolutionis. Exp. 1. tract. 6. & Misc. 6. Ref. 30.

que trata de las penas de los simoniacos, que habla de datione, ac receptione pretij, & beneficij? Quæ es deinde, que ha de ser completa de utraque partes. Ita ille. Sed non deseram hic apponere verba Patris Tancredi de Religione, tract. 2. §. 4. de simonia, disput. 38. q. 5. n. 18. sic asserentis: Dico tertio, etiam si beneficium, aut ordo sit collatus, si pretium non est solutum, sed tantum præcessit promissio, adhuc non incurritur dictæ censuræ, quia sic usu Romano receptum est, ut sola simonia realis utrimque completa puniatur excommunicatione. & suspensione, licet ex vi verborum juris, quæ solent allegari, videatur sufficere ad incurrandam suspensionem collatio beneficij, aut ordinis cum sola pretij promissione. Ità addo, non esse simoniam completam, etiam si instrumentum pecuniæ, factum sit, & traditum alteri, qui dedit beneficium: nam ut ait Sanchez lib. 2. cap. 3. dub. 106. n. 4. scriptura non est pars pretij in rigore. Ita Tancredus. Adverte hic pro praxi, quod qui committit simoniam realem, id est ex utraque parte completam, tunc primum remedium est subire penas juris, renuncians beneficio, non percipiendo fructus ejus, & petendo absolutionem ab excommunicatione, & suspensione. Secundum remedium est, quod petat dispensationem à Papa, vel ejus nuncio, si ad id facultatem habet, & petat collationem beneficij, & pacificatur super fructibus male perceptis, & si dispensatio fuerit facta vera relatione manebit tutus in conscientia; interim verò dum expectatur dispensatio, poterit confessor virtute Bullæ Cruciatæ absolovere ab excommunicatione, & suspensione, & sic absolvi, si fuerit Sacerdos, poterit celebrare missam secretè. Quod si simoniacus differat petere dispensationem, & sit in mora petendi, non est absolvendus, donec dispensationem obtineat.

2. Nota etiam hic obiter, penas latas in simoniacos, non comprehendere illos, qui tantum simoniam committerent, jure Ecclesiastico, & humano prohibitam.

Ita probabiliter plures Doctores, quos alibi adduxi, quibus nunc addo Giragum de Regimine Regularium,

p. 1. dub. 8. n. 8. ubi sic ait: Nota multum mihi placere opinionem asserentium simoniam realem, & completam, solo tantum jure Ecclesiastico prohibitam, non subjacere restitutioni, & penis simoniæ: unde in permutatione beneficiorum inter duos beneficiatos facta propria auctoritate, & in reservatione pensionis sine licentia superioris, in promissione, seu donatione pecuniæ mediatori pro intercessione beneficij, & in conventionione, addit Diana 4. p. tract. 4. Miscell. ref. 15.

inter electores, elige me in Provinciale, & ego eligam te in Guardianum, affirmant relati Doctores sic facientes peccare quidem mortaliter, non tamen incidere in excommunicationem, nec privari beneficiis sic receptis ipso jure nec teneri fructus restituere, eo quod ista sunt prohibita jure Ecclesiastico: fundatur in hoc, quia hæc non est simonia propriè dicta, cum non detur temporale pro spirituali, sed generali modo simonia vocatur: ergo quando jura loquuntur de simoniacis, non debent extendi ad hanc simoniam, sed ad aliam, quæ propriè & strictè est simonia, penæ enim sunt restringendæ: addunt etiam quod ex processu Extravag. 2. de simonia, id clarè deducitur, sic enim incipit: Cum scelus simoniæ pravitatis tam divinatorum, quam Sacrorum Canonum auctoritas abhorreat: unde habetur jura tantum loqui de simonia divino simul, & jure Canonico reprobata, nam præfatio legis, dat intellectum toti legi & ex ipsa regulatur, & causam finalem accipit ut tradit ex multis Molina de primog. l. 1. c. 5. n. 5. & alij communiter. Excipe ab hac doctrina cum Sanchez 1. opusculi lib. 2. c. 3. dub. 108. n. 4. simoniam confidentiali, quæ subdita est penis, licet

Alibi in ref. 1. not. seq. & in aliis ejus annot.

Quæ nunc hanc sequetur, & significat pro doctrina sequenti in hoc textu iof. in ref. 11. & in alio §. & verè ejus primæ annot.

Sup. hoc pro. pe fin. hujus, licet

§. vers. Exci-
pe. & la-
sup. in Ref.
§. Dico
quasco & in
Ref. 6. §. ult.
ad med. vers.
Sexto. & inf.
in Ref. seq. §.
Verum. ad
med. vers.
Ceteras. &
Ref. 30 & 31.
& in tom. 3.
et. Ref. 115.

licet aliquando sit tantum jure humano prohibita, ut quando quis renunciat beneficium pacto inito, ut sibi vel aliis postea reddatur, vel cum reservatione pensionis non sibi, quia hæc non est confidentialis, ut probat Sanch. ubi supra, dub. 34. sed aliis solvenda; excipe etiam, quando datur aliquid Notariis, vel officialibus Episcopis, licet sit jure humano simonia, nasci in tali casu incurritur pena Tridentini, sess. 21. cap. 1. de reform. Hucusque Giragus; cui adde Patrem Tancredi Ceteras. & ubi supra disp. 37. q. 3. n. 8. postquam sententiam Sualar. & aliorum in contrarium adduxerit, in fine sic concludit: Sanè quamvis Suario hæc sententia non videatur probanda, mihi tamen tota apparet, quod etiam docet novissime Diana Clericus Regularis vir pietate & eruditione insignis, resol. 155. tract. Miscell. part. 4. qui optimè concludit, quando aliquis obtinuit beneficium data pecunia mediatori, vel si electores pacti sunt ut unus alteri suffragetur, non incurritur privationem beneficiorum, ex Sanch. qui putat esse simoniam jure humano tantum lib. 2. cap. 3. dub. 26. num. 9. & Villalob. sum. tract. 27. tom. 2. diff. 24. num. 1. loquente in secundo casu. Immo nec caret probabilitate quod docet Navarrus, de eo qui pensionem sibi reservat. sine hæc vox ex incuria Typographi non fuit impressa.) Papæ auctoritate. Ita Tancredi. Quod ultimum etiam sustinet novissime doctus Pater Ioannes de Soria in Epitome Summarum, part. 2. tract. 1. sect. 4. disp. 5. sic asserens: Propter simoniam, quæ tantum est juris humani (non incurritur pena simoniæ, ut in permutatione beneficiorum facta propria auctoritate, & reservata pensione, ac propterea valida est talis permutatio. Excipe tantum simoniam fiducialem, v. g. cum quis renunciat beneficium cum pacto, ut sibi, vel alteri postea reddatur, vel cum reservatione pensionis, non sibi, sed aliis solvendæ. Hæc Soria. Et tandem hanc sententiam tenet etiam doctissimus & amantissimus Pater Escobar de Mendoza in Theol. mor. tract. 5. Exam. 2. c. 6. n. 25. & Joseph. Rocafull. in praxi Theol. tom. 2. lib. 3. de septimo Præcepto Decalogi. cap. ult. sect. ult. n. 1105.

Sup. hoc sup.
ante med.
hujus §. a
vers. Excipe.
& io alius
ejus annot.

RESOL. VIII.

An simonia realis, & completa, solo tamen jure Ecclesiastico prohibita subiacet restitutioni, & penis simoniæ?
Et in corpore hujus Resolutionis excipiuntur aliqui casus, in quibus non incurritur pena simoniæ. Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 155.

Ad eluci-
dandam do-
ctrinam hu-
jus Ref. lege
sup. ex Ref. §.
do, de rescript. except. 4. in fine, asserit incurritur excom-
municationem, & collationem esse nullam, si aliquis
diceret. Relinquo meum beneficium, ut tu renuncies
tuum; & tamen hæc simonia est tantum de jure posi-
tivo. Idem hoc etiam asseruit quando quis renunciat
reservata pensione, quæ etiam est simonia de jure hu-
mano. Facit etiam Felinus in cap. ad audientiam, el. 2.
de rescript. & Panorm. in cap. ex parte, el. 1. de offic. de-
legat. ubi docent esse simoniam de jure humano, si
quis renunciat, ut detur beneficium certæ personæ, &
tamen asserunt non valere collationem, nec renun-
tiationem factam alteri, & ita hanc sententiam præ-
ter DD. citatos docent Valen. tom. 3. quæst. 16. punct. 6.
Bonacina de simonia disp. 1. quæst. 7. §. 2. num. 10. & Fil-
liucius tom. 3. tract. 15. cap. 13. q. 3. num. 7. asserentes
quoad penas non esse discrimen inter simoniam juris

§. 1. **A**ffirmativam sententiam docet Malderus in 2. 2. D. Thom. tract. 9. cap. 3. dub. 18. §. ter-
tio loco dicendum est. Villalobos in summa tom. 2. tra-
ct. 37. diff. 39. num. 2. & ideo Navarrus in c. si quan-
do, de rescript. except. 4. in fine, asserit incurritur excom-
municationem, & collationem esse nullam, si aliquis
diceret. Relinquo meum beneficium, ut tu renuncies
tuum; & tamen hæc simonia est tantum de jure posi-
tivo. Idem hoc etiam asseruit quando quis renunciat
reservata pensione, quæ etiam est simonia de jure hu-
mano. Facit etiam Felinus in cap. ad audientiam, el. 2.
de rescript. & Panorm. in cap. ex parte, el. 1. de offic. de-
legat. ubi docent esse simoniam de jure humano, si
quis renunciat, ut detur beneficium certæ personæ, &
tamen asserunt non valere collationem, nec renun-
tiationem factam alteri, & ita hanc sententiam præ-
ter DD. citatos docent Valen. tom. 3. quæst. 16. punct. 6.
Bonacina de simonia disp. 1. quæst. 7. §. 2. num. 10. & Fil-
liucius tom. 3. tract. 15. cap. 13. q. 3. num. 7. asserentes
quoad penas non esse discrimen inter simoniam juris

naturalis, & positivi, quod patet in Extravag. 1. de
simonia.

2. Verum his non obstantibus cum Lessio libro 2.
c. 35. dub. 25. n. 141. & Reginaldo tom. 2. lib. 23. cap. 12.
n. 184. probabilem puto contrariam sententiam quam
novissime tunc Sanchez in opusculo tom. 2. lib. 2. cap. 3.
dub. 108. n. 3. & ante illum Aragon. in 2. 2. D. Thom.
q. 110. art. 6. & Petrus Navarra de rescript. lib. 1. cap. 24.
n. 436. cum aliis asserentibus penas simoniæ non in-
currunt in casu quo adest tantum simonia juris positivi &
beneficiarios facta propria auctoritate reservatione
pensionis sine auctoritate Papæ, promissione bene-
ficii pro suffragio in electione ad Episcopatum, pro
missionem, seu donationem pecunie mediatori pro inter-
cessione beneficii, &c. Igitur in his casibus secundum
opinionem probabilem supradictorum auctorum sic
facientes peccant quidem, non tamen sunt excom-
municati, nec privantur beneficiis sic receptis ipso jure, &
re, nec tenentur fructus restituere, quæ omnia probat
Sanchez ex d. Extravag. 2. sic enim incipit. Cum
simonia præviatis tam divinarum, quam sacrarum
Canonum auctoritas abhorret. Ergo loquitur de simo-
nia divino simul & canonico jure reprobata, nam
præfatio legis dat intellectum toti legi, & ex ipsa re-
gularitur, & causam finalem accipit, ut tradit ex multis
Molina de primog. lib. 1. cap. 5. n. 3. & alij communiter.
Cæteras rationes videbis apud Sanchez loc. cit. qui me-
ritò excipit ab hac doctrina simoniam confidentialem, &
lem: quæ subdita est penæ licet aliquando sit tantum
jure humano prohibita, quando quis renunciat
beneficio, pacto inito, ut sibi, vel alij postea red-
datur; vel cum reservatione pensionis, non sibi tamen, sed
aliis solvenda. Excipe etiam quando datur aliquid pro
Notariis, vel Officialibus Episcopis, licet etiam sit si-
monia jure humano, nam in tali casu incurritur pen-
næ Trident. sess. 21. cap. 1. de reform. & circa præten-
tem quæstionem ne prætermittas videre Adamum
Tannerum in 2. 2. D. Thom. diff. 5. quæst. 8. dub. 4. n. 9.
Vnde ex supradictis saltem post factum habebunt
Confessarii probabilia principia ad sedandos scrupulos,
& pacandas conscientias, maxime, ut supra di-
ctum est, quando aliquis obtinuit beneficium propter
pecuniam datam mediatori, qui casus sæpius solet ac-
cidere de quo Sanchez ubi supra in opusculo tom. 2. lib. 2.
cap. 3. dub. 26. n. 10. & quando electores conveniunt
ut alter in una electione suffragetur uni, & alter suffra-
getur in altera, de quo casu vide Villalobos in summa
tom. 2. tract. 27. diff. 24. n. 1.

RESOL. IX.

An emens Vicariatum Episcopi teneatur restituere, &
Episcopus pretium restituere, velut simoniae re-
stitutum?
Et in textu hujus Resolutionis docetur, cui restitendum
est pretium pro simonia, in Ordine, beneficio, & in-
gressu Religionis.
Et an non tantum pretium pro simonia in Ordine, be-
neficio, & ingressu Religionis sit necessarium restitu-
endum, sed etiam pro aliis diversis casibus? Ex p. 4. tr. 4.
& Misc. Ref. 167.

§. 1. **Q**uoad primum affirmativè respondet Lopez
in instrum. part. 1. cap. 307. Navarrus in man-
uali cap. 23. num. 111. ver. ad 13. sed contrariam sen-
tentiam, qui tanquam probabiliori adhæreo, repetit
Sanchez in opusculo tom. 1. lib. 2. cap. 3. dub. 113. num. 6.
& ratio est, quia vicariatus Episcopi non est bene-
ficium.

2. Quoad